



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Nullam causam aut initium prædestinationis gratiæ ex nobis esse, contra
Maßiliensis auctoritate probatur. c. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

*Masilienf.
qualem po-
suerint ex
nobis dispo-
sitionem ad
gratiam.*

dispositionem, sed etiam vllum initium minimū, seu occasionem, ob quam gratia donetur: & hanc esse Catholicam doctrinam, manifeste ostendimus. Porro apud Patres nunquam inuenies, damnari sententiam Masiliensium, quod ex nobis dispositionem concederent, quam dicerent esse eiusdem ordinis supernaturalis cum gratia, sed quod gratia daretur ob aliquid liberi arbitrij, vt locis citatis patebit.

CAPVT XL.

Nullam causam, aut initium prædestinationis gratiæ ex nobis esse, contra Masilienses auctoritate probatur.

69.

Catholica igitur sententia est, nullam causam, nullumque initium, seu occasionem ex parte prædestinati excogitari posse, ob quam Deus, aut in tempore gratiam suam ipsi donauerit, aut in præscientia dare decreuerit. Primum autem doctrina hæc non solum intelligenda est definitio fidei, orationis, aut voluntatis consequendi salutem, vel de aliis operibus, quæ circa Deum aliquo modo versantur, qualia sunt religionis; verum etiam de quouis opere moralis virtutis, quod in ipsum solum bonum honestum referatur: vt nullo modo aliquid huiusmodi esse possit occasio, aut initium donationis, aut prædestinationis gratiæ. Præterea non solum excludimus initium, quod sit meritum condignum; sed etiam meritum congruum, seu impetratorium, aut dispositionem: denique quamlibet causam, & occasionem, ob quam Deus hinc potius, quam alteri gratiam donauerit, aut donare præfinitur: ita vt tota ratio præparandi huic potius gratiam, quam illi, fuerit beneplacitum diuinæ voluntatis, nihil autem, vel minimum ex parte prædestinati. Sed ante omnia hæc doctrina in vniuersum confirmanda nobis est, deinde sigillatim ea, quæ diximus, sunt explicanda.

*Auctores
Scholæ huius
pro hac sen-
tentia.
S. Thomas
Masilius.
Gregorius.*

Ex Scholasticis plures pro hac sententia referuntur, qui genera eam non docent: vere tamen eam tradunt. S. Thomas in hoc art. 5. Masilius in 1. qu. 41. artic. 2. Gregorius dist. 41. qu. 1. Hos ego auctores libenter pro hac sententia contra Masilienses refero; quod verbis, & re eorum sententiæ opponantur. & Catholicam omnino tueantur doctrinam. Idem enim de gratia, atque de prædestinatione sentiunt: & effectus prædestinationis in nobis à prima gratiæ operatione enumerant. Nam in primis S. Tho. 1. 2. qu. 109. art. 6. & qu. 112. art. 2. plane docet, hominem ex viribus propriis non posse aliquo modo se ad gratiam disponere; & illam propositionem, *Faciens quod in se est*, &c. recte explicat; vt vidimus capite præcedenti. Masilius vero, & Gregorius, cum dicant nullum bonum opus morale ex omni circumstantia bonum fieri posse sine auxilio gratiæ intus mouentis, negantes aliquam causam ex nobis prædestinationis, negant etiam causam ipsius primæ gratiæ, & ita effectum prædestinationis nullum alium esse putant, quam auxilia, & opera gratiæ. De bonis operibus moralibus sic docuit Masilius in 1. qu. 10. art. 3. propositione 4. & 5. & Gregorius in 2. dist. 28. qu. 1. art. 1. Alij etiam docent, non dari ex parte prædestinati vllam causam suæ prædestinationis. Hi sunt Ferrariensis. contra gentes cap. 161. Sotus in epist. ad Rom. cap. 9. in digressionem de prædestinatione. Driedo opusculo de concordia liberi arbitrij, & prædest. parte 1. cap. 3. Cordub. libro 1. quæst. 56. imo et-

70.

*Masilienf.
Gregor.*

*Ferrariens.
Sotus.*

*Corduba.
Sotus.*

iam Sotus in 1. dist. 41. qu. 1. Hi tamen pro hæc sententia, vt à nobis contra Masilienses explicata est, allegari non possunt. Nam cum Sotus, & Driedo plane contendunt aliquod initium gratiæ ex nobis, vt cap. præced. demonstrauimus, concedere, tenentur aliquā causam, seu initium ex prædestinato ipso suæ prædest. & ita non solum non aduersantur Masiliensibus, sed cum ipsis plane recipi sentiant, licet, voce differant, vt de Durando diximus. De Ferrariensi, & Corduba mihi non satis perperetum est, in quo sensu loquatur; ideo ob id solum, quod dicant, non dari causam prædestinationis, nollem pro hæc sententia illos referre. Fortassis enim cum Durando, & aliis senserunt,

Fuit autē ex Patribus primus huius sententia auctor Aug. qui vt erat ingenio acuto, & in diuinis literis admodum versatus, disputans cum Pelagio, vt necessitatem gratiæ, quæ absque vllis meritis nobis donatur per Christum, tueretur, ad initium sanctæ cogitationis & recti consilij ita recurrit, vt inde exordium nostræ iustificationis sumendum esse putaret; & Deo, & à quo sunt recta consilia, piæ voluntates, & sancta desideria tribueret; ibique gratia peculiarem præter donum creationis agnosceret. Ex hoc principio necessitatem gratiæ ad credendum probauit 1. lib. de prædestin. sancti. cap. 2. non quia obiectum sit supernaturalis ordinis, sed quia cum cogitare non possimus aliquid ex nobis, quasi ex nobis, nec etiam poterimus credere, quod est cum assensu cogitare, eamque rationem merito inculcat in omnibus fere locis, vbi contra Pelagianos, & Semipelagianos disputat.

Libro 2. contra duas Epistolæ Pelagianorum, cap. 8. circa medium capitis contra Semipelagianos, qui initium aliquid ex nobis esse dicebant, sic ait: Verum audiant & Apostolum. Dominus enim cum ait, Sine me nihil potestis facere, hoc vno verbo initium finemque comprehendit Apostolus vero tanquam sententia dominica expositus apertius vtrumque distinguit, dicens, Quoniam qui in vobis bonum opus cepit, perficiet vique indium Christi Iesu, sed in Scripturis sanctis, apud eundem Apostolum, isto, vnde loquimur, amplius inuenimus. Loquimur enim nunc de boni cupiditate, quam si voluntario vis impetere, à Domino perfici, videtur quid respondeant dicenti Apostolo. Non quia idonei sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Et in libro 1. ad Simplicianum, qu. 2. circa finem, ostendens quomodo bona nostra opera eligantur à Deo, nec quidquam gratiæ derogetur, inquit: Restat, vt voluntates eligantur à Deo, sed voluntas ipsa, nisi aliquid occurrerit, quod deleat, atque inuadat animum, moueri nullo modo potest: hoc autem vt occurrat nullo modo est in hominis potestate. Est enim sancta cogitatio, quæ omnem consensum nostrum præcedit.

Idem omnino habet libro 1. de peccat. meritis, & remissione, cap. 17. Quærens enim, quare homines sine peccato non sint, Respondet. Possem facillime ac veracissime respondere: quia homines nolunt. Sed sic ne queritur, quare nolunt, imus in longum. Verum tamen etiam hoc sine præiudicio diligentiori inquisitionis, breuiter dicam. Nolunt homines facere, quod iustum est, sua quia laet, an iustum sit, siue, quia non delectat. Et infra: Vt autem inuascatur, quod latebat, & suaue fiat, quod non delectabat, gratia Dei est. Ignorantiam hoc loco vltimè pro cognitione inefficaci, quia non consideratur penitus id, quod faciendum est, vt infra dicemus disput. 98. cap. 7. Eodem argumento vltimè libro de gratia, & libero arbitrio, cap. 7. & de bono per se, cap. 8. de quo latius 1. 2. qu. 109. artic. 2. disputandum est. Et de bono

73. bono perſeuerantia, cap. 19. adducit illud Cypriani, in nullo gloriamur quando noſtrum nihil ſit. Et illud: Non eſt in poteſtate noſtra cor noſtrum, & noſtra cogitationes. Addit vero Auguſt. Nec ipſa ſcila, & dicta preteritis. Non enim eſt dictum, factumque hominis, quod non ex cordis cogitatione pendeat.

Ceterum cum Aug. initium gratiæ Dei contra Pelagium in sanctam cogitationem renouaret, quæ in nostra non esse potestate, nec ex nobis occasionem; ait meritorium etiam impetratorum respicere. vt ita Deus sua sola voluntate liberali donet gratiæ singulis distribueret; Cassianus, Massiliensis, & reliqui per Galliam, & Africam, de quibus disp. 89. c. 4. dictum est, tam seueram August. sententiam ægre ferereb. ob rationes, quas c. 15. referemus, docere coperunt, ex nobis esse initium aliquod, non tamen dignum, propter quod Deus dona gratiæ suæ, & piæ cogitationes, quæ ad gratiam pertinent, distribueret. Qui licet variè senserint, quod initium gratiæ ex nobis assignandum, vt eadem disp. c. 5. notauimus: in hoc vnum nihilominus consensiebant, vt ex nobis initium aliquod esset donationis, & prædestinationis gratiæ. Contra quos vltimum opus composuit Aug. rogatus ab Hilario Arelatensi, & Prospero Regiensi; librum, scilicet de prædest. Sancti. & alterum de bono perseuerant. tam tamen alibi etiam electionem ad gratiam, seu prædestinationem, quod idem est, vt in ea disp. 89. cap. 8. diximus, docuisset, factam esse ante præscientiam cuiusvis meriti, aut occasionis, & operis, ex parte nostra. vt ex testimoniis ibidem allegatis, & aliis innumeris est manifestum.

74. *Tridentina
apud
jam Prof.* Hanc vero Aug. sententiam contra Cassianum,
ceteroque Massilienses adeo veram existimant
Patres, qui eius doctrinā propugnatores, & sectato-
res fuerunt, vt Catholicam conferent: opposi-
tam vero erroris in solimantēsi Proser in libro
peculiari de hac recora Collatore, per totum,
præsertim contra caput 11. & 12. Collationes de
cimarertie, & in libro ad excerpta Genuesium,
dubio 8. & ad obiectiones Vincenrianas, ad quar-
tam obiectionem. Neque refert, quod Genadius,
libro de viris illustribus de Prospero dicat hec verba:
*Legi & librum aduersus opuscula suppresso nomine Cassi-
ani, quæ Ecclesie Dei salutaria præbat, iuxta infamam noticiā.*
Nam & Genadius apud Catholicos, & doctos
non bene audit, siquidem & Augustino etiam di-
cit, multa scripsisse, & ideo in multis errasse, quod
in multoquio non desit peccatum: multaque
alia; que in talem virum continere nequaquam
possint: cui calumnies optime satisfaciit ipse Aug.
in Prologo retractat. Ruffinum etiam proponit
Hieronymo Doctori de Ecclesia Dei tam bene-
merito: & tamen Gelasius Papa, quem statim
referemus, de Ruffino, & Hieronymo sic ait:
*Ruffinus vt religiosus plurimus Ecclesiasticis operis edi-
dit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus
est. Sed quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus eum
de arbitrio libertate notauit; iam sentimus, quod prædi-
ctum Beatum Hieronymum sentire cognoscimus.* Hic
Ruffinus ad Prosperum scripsit Epistolam, mo-
uens ipsum, quod multi de eo male sentiant,
quia sententiam Augustin. sequeretur, & contra
Collationes Cassiani scripsisset. Cui Prosper
reversus Epistolam, quæ est inter sua opera, in-
struens ipsum contra Massiliensem doctrinam,
& in fine hortatur, vt plurimum in libris August.

laboret, si consequi desiderat veram sacrae Scri-
pturae intelligentiam.

Porro, auctoritate Prosperi multa confir-
mant. Inprimis Gelasius Papa, & ipse per omnia
Augustinianus in Concilio Romano 76. Episco-
porum, & refertur in cap. 1. *Sandta Romana*, 15. dist.
lib. Prosperi, quem virum religiosissimum appel-
lat, vna cum libris sui magistri Augustini inter
Catholicos, & qui sanam continent doctrinam.
Cassiani vero inter apocryphos connumerat: non
quod auctore careant, sed quod multa perperam
doceat.

Tum etiam cum Prosper Massiliæ defenderet Aug. sententiam contra Cassianum, nec illius doctri-
nam, & Massiliensium, qui oppositum prædi-
cabant, ferre posset, hac de causa Romam ad Cæ-
lestinum confugit, qui ipsum benigne excepit,
eiusque doctrinam, & Aug. contra Cassianum in
Epistola honorifice defendit, atque Episcopis
Galliæ præcepit, ut petulantiam Massiliensium
compelesceret, sicut ex vita Prosperi, & Epistola
illa Cælestini c. i. & seq. constat.

*A Cælestino
defensitur
contra Mas-
siliens.*

Ad hæc certisimis coniecturis creditur, cano-
nes et Cassiliani Arafcani secundi contra Cassia-
num, & Massilienses, alioque qui minus earte de
gratia loquebantur, ab ipso Prospero composi-
tos fuisse, à Leone vero primo approbatos, & ad-
ciuitatem Arafcanam in Galliam missos; vt à Pa-
tribus illius Concilij reciperentur, sicut ex capite
primoi illius perspicuum est. Manu autem Pro-
peri fuisse compositos, coniecturae aliquæ su-
lent: Prima est, quod ille Romæ fuerit Secreta-
rius Leonis primi, qui Cæslestino primo succes-
sit, vt testatur Titeuimus. Secunda est Louani-
um in Epistola præfixa operibus Prosperi. Nam
Prosper interfussit Concilio Valsensi, &
Carpentoratenfi, atque vtrique subscripsisset,
Arafcano secundo, quod inter medium fuit,
non subscripsit: ea certe de causa, quod tunc Leo-
nis primi Secretarius esset, & Romæ commorare-
tur. Tertia, & meo iudicio certissima coniectura
est, quod ex materia, & stylo canonum. Singuli
autemque sunt sententiæ Augustini, vt nuper no-
tatur Louanienses in Concilio Arafcano ex-
tracto, & Prosperi operibus inserto. Fuerant autem
sententiæ Augustini decerpæ à Prospero in libro,
cui titulus est, sententiarum: in his vero damna-
tur, vt statim videbimus, omnis loquendi modus
Massiliensium; & Augustini sententia de gratia,
prædestinatione defenditur. Auctoritas ergo
Prosperi in hac re magis momenti nobis esse
debet.

Secundo sententię Augustini fauent omnes Patres, qui Faustum Regiemem ferunt infimulauit, quod aperte dixisset, erroris aliquid gratię esse ex nobis. Inde enim colligitur eum sensisse contra prędestinationis sententiã, quam Augustinus, & Paulus docuerunt, & Masilienſibus adhaesisse. Huius vero Fausti locos commemorauit diſput. 89. cap. 5. Hac de causa anathematizat eius opuscula de gratia, & libero arbitrio, & contra Augustini, & Pauli doctrinã scripta esse putat. Petrus Diaconus in libro de Incarnatione, & gratia, ad Fulgentium, & sententiã Aug. a c. 6. vsque in finem libri optime probat verba Petri Diaconi c. illo 8. *anathematizamus Pelagium, & Celestium, & Iulianum, & Iovinianum, & qui illis similia sapiunt: precipue lib. Fausti Gall. Episc. qui de monast. Lirinen. prouetus est, quos contra*

Doctrina
Prosperi
probatum à
Gelasio.

*A Cœlestino
degenitur
contra Mas-
siliens.*

Concilium
Arausic.
76.
Canones Conc.
Arausic. se-
cundum à
Prospero
compositi.

Prima conic-
tura Trit-
onius: Loua-
iens.
Secunda.

Secunda.

Augustini
 doctrina fa-
 ctus P. Diac.
 et alij Pa-
 tres.

77.

tr. Diacon.

prædestinationis sententiam scriptos esse, non dubium est, in quibus non solum contra horum omnium Sanctorum Patrum, verumetiam ipsius Apostoli contradictionem veniens humano labori subiungit gratia adiutorium. Cum dicit, *Et qui illis similia sapiunt*, indicat Semipelagianos, qui non omnino Pelagio consentiebant, sed similia quodammodo dogmatizabant. Inter hos vero præcipuus videbatur Faustus, ut capite non notavi. Quare vero de hoc Fausto dicat Petrus, evacuare omnino gratiam, cum diceret, illam esse necessariam ad reliqua opera, & solum ex nobis esse initium quoddam, dicemus infra c. 16.

Doctrinam
P. Diaconi
approbat
Fulgent.
& aliq.

Fausti doctrinam
damnat.
Hormisdæ.

Petrus autem, ut ex capite 1. colligitur, simul cum aliis viris religiosis, qui ab Ecclesia Orientali, causa proficendi suam fidem contra hæreticos Romanam missi fuerant, hanc suam doctrinam Fulgentio, & aliis Episcopis Africæ proposuit: quam ipse, & Socii in fine operis subscripserunt. Fulgentius vero mirum in modum eam laudat in libro, quem de Incarnatione, & gratia, nomine multorum Episcoporum Africæ ad hunc Petrum rescripsit: ubi, ut infra videbimus, sententiam Aug. contra hos Massilienses mirifice probat. Eisdem liberos Fausti ob eam rem causam damnat Hormisdæ papa in Epistola ad Possessorem, & Ioannes Maxentius in responsione ad hanc Epistolam. tamen Ioannes asseruit, eam Epistolam non esse Hormisdæ: habetur autem in 5. tomo Bibliothecæ sacre. Eisdem libris damnat Isidorus libro de viris illustribus, & Ado Viennensis in suo Chronico atque 6. sub anno 492. quamquam hic auctor non recte notat, in quo ille Faustus erraverit: nam pluraquam errorem Massiliensium, ipsi videtur adscribere: cum reuera nihil aliud docuerit. Concedit vero, hunc Faustum, dum Pelagianam hæresim conatus fuit destruere, in errorem incidisse. Addit postremo, qui eius libros in hac parte putant esse Catholicos, ut Gennadius, graviter errare.

79.
Aug doctrinam
secutus
Fulgent.
Massiliensium
damnat.

Tertio sententiam Aug. contra eosdem Semipelagianos secutus est Fulgentius libro primo ad Monimum cap. 18. 11. & 14. sed præcipue in libro de Incarnatione & gratia Domini nostri Iesu Christi, à cap. 16. usque ad finem operis, & in 1. cap. eilius libri de doctrina Petri, & aliorum, quam ad ipsum scripserunt, sic ait: *Literas nobis quas misisti, habuimus* (librum nempe de Incarnatione, & gratia, à nobis superius allegatum) *quibus recensitis, vestram simul alacres, & fidem cognovimus. & salutem imo in agnitione fidei vestra nobis salus innotuit. Et tandem in Epilogo operum de sententia hac Aug. quam Petrus ille scriptis suis professus, & ipse Fulgentius prosequutus fuerit, inquit: Cuius prædestinationis veritatem, quanos ante mundi constitutionem prædestinatos in Christo testatur Apostolus si quis derideat cordis credulitate recipere, vel oris confessione proferre; si ante ultimum diem vite præsentis, impietatis sua contumaciam, qua Deo vivo, & vero rebellis obstitit non abiecerit; manifestum est, eum non pertinere ad eorum numerum quos Deus in Christo ante mundi constitutionem gratia elegit, & prædestinavit ad regnum. Nam cum hic auctor à capite s. 16. probare contenderit, initium nostræ salutis, & gratiæ non esse ex nobis; idem omnino de prædestinatione gratiæ dictum putavit: ut sine illo ex nobis initio, & occasione prædestinata fuerit. In eodem namque Epilogo de Deo dixerat in hæc verba: Quippe non aliter perficit in opere, quam in sua sempiterna, atque incommutabili habet voluntate dispositam. & de omnibus effectibus gratiæ, quos enumeraverit à principio initio bonæ voluntatis usque in finem beatitudi-*

nis, id ipsum docuit lib. 1. ad Monimum, cap. 8. eos omnes nimirum, sicut in præcienia prædestinat. sic per gratiam in tempore facere.

Quarto veritatem hæc definitam fuisse à Cælestino Papa in Epistola prima ad Episcopos Galliarum non minus manifestum est. Nam cum Prosper & Hilarius in Gallia Aug. sententiam de prædestinatione, & gratia defenderent; tandem coacti auctoritate adversariorum, qui scripta Aug. carpebant, præcipue ea, quæ ediderat de correptione, & gratia, ad Pontificem Cælestinum confugerunt, eius in hac re iudicium postulantes. Pontifex autem in primo capite statim sic incipit: *Filij nostri presentes Prosper, & Hilarius, quorum circa Deum nostrum sollicitudo laudanda est, tanta nescio quibus presbyteris illic licet, qui dissensionem Ecclesiarum student, sunt apud nos profecti; ut indiscipulatas questionibus vocantes in medium, pertinaciter eos dicant, prædicare adversantia veritati, scripta dilectioni iustus imputamus, quando illi super nos habent copiam disputandi.* Quibus verbis liquet, quam honorifice Prosper, & Hilarius contra eorum adversarios à Cælestino Pontifice excepti fuerint.

Deinde adversariorum doctrinam reprehendit, & ut Episcopi eos cohibeant, admonet. Num tamen (inquit Cælestinus) repetentes sapienter advenimus, victur huiusmodi, qui laborant per terras aliud, quam ille noster iustus agricola, seminare. & capite secundo eos graviter reprehendit, quod Augustini doctrinam fugillare non dubitarent. Manifesta autem omnibus est dissensio Prosperi, & Hilarij cum Cassiano, & Massiliensibus, & qua de re ea fuerit, nempe de gratia, & prædestinatione; quod huiusmodi ex nobis initium esse dicerent, illi autem cum Aug. omne initium prædestinationis, & salutis nostræ Deo, gratiaque ipsius deferrent, ut ipse in nobis incipiat, promoveat, & perficiat, quod incipit. Id vero constat ex Epistolis Prosperi, & Hilarij, quæ sunt ante librum Aug. de prædest. Sancti, de qua re factis à nobis dictum est disputat. 89. cap. 4. & 5.

Deinde ex eisdem epistolis patet, Cassianum, & Massilienses Aug. doctrinam de gratia, & prædestinatione, tanquam peregrinam, & contra communem Patrum consensum notasse. Cum ergo Cælestinus Prosperum, Hilarium, & Aug. defendit, aperte Cassianum & Massilienses damnat.

Tandem, cum idem Pontifex, ut demonstraret, nonnullos, qui Catholico nomine gloriabantur, minus recte de gratia Dei sentire, nimirum Massilienses, quorum furem Prosper, & Hilarius fugerant, quædam de gratia Dei decreverit, eorum sine dubio confutavit errorem, cap. enim 3. inquit in hæc verba: *Quia nonnulli, qui Catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum sensibus, seu præsentis, siue imperitiae demorantes, pijsimè disputatoribus obviare presumunt, & cum Pelagium, atque Cælestinum anatematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tanquam necessarium modum exceßerint, obloquuntur, eaque tantummodo, sequi, & probare profitentur, quæ sacratissimi Beati Apostoli sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium presulum suorum sanxit, & docuit. Necessarium igitur fuit disceptare inquirere, quid rectores Romana Ecclesiæ de hæresi, qua eorum temporibus exorta fuerat, indicarent. Et paulò inferius: Ut ergo plenius, qui in aliquo dubitant instruantur, constitutiones Sanctorum Patrum compendioso manifestemus indiculo. Ex quibus manifeste patet, Cælestinum in ea epistola canones edidisse, aut ex antiquorum Patrum doctrina explicasse contra*

contra Malsilienses: tum, quia contra hos, Prosperum, & Hilarium defendit, ut dictum est: tum quia canones contra eos tulit, qui cum Pelagium & Coelestinum execrarentur; nihilominus dicebant, Aug. Prosperum, & Hilari. debitum modum aduersus Pelagium excessisse, & plus aequo contra liberum arbitrium gratiae tribuisse: hi autem absque dubio erant Malsilienses. Id ergo, quod statim definit, contra eorum sententiam decernit.

Canone igitur 7. postquam multa de gratia in vniuersum praeferat, iam contra Malsilienses sic ait: *quod nemo nisi per gratiam libero bene utatur arbitrio, idem Magister in Epistola ad Mileuitanum Concilium praedicat: intelligit Innocentium primum in epistola 26. quae est ad Concilium Mileuitanum, & habetur in 1. tomo Conciliorum inter epistolas Innocentij, & apud Augustinum in 2. tomo, Epistola 91. Et canone 8. Quod omnia studia, & omnia opera, merita Sanctorum ad Dei gloriam, laudemque referenda sunt, quia nemo ei placet, nisi ex eo, quod ei donauerit.* Deinde in eodem canone asserit omnia bona nostra ad auctorem suum, scilicet Deum, referenda esse. Intelligit, ut auctorem gratiae: & canone 9. *Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, primum consilium, omnisque motus bona voluntatis ex Deo sit. Quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus, & pauci interiectis: Quod ergo tempus ait (Zozimus Papa) interuenit, in quo eius non egemus auxilio? in omnibus igitur adibus, causis, cogitationibus, moribus adiutor, & protector orandus est Deus, &c.* Quibus locis cum Coelestinus omnia bona opera, studia, & merita in quouis tempore, causa, & negotio ad Deum auctorem gratiae referat, manifeste errorem Malsiliensium confutat. Si enim intelligeret ea tantum bona opera, quae sunt digne meritoria vitae aeternae, esse dona gratiae Dei, nihil pro Hilario, & Prospero contra Malsilienses definiret: id quod ab eius instituto valde esset alienum. Neque enim Malsilienses id negarunt, neque de eare cum illis contentio fuit. Quare aut intellexit bona quaecunque opera, & studia, etiam moralis virtutis, & hoc modo definiens omnia haec ex gratia Dei esse, declarat aperte nullum ex nobis esse posse initium, aut meritum, etiam impetratorium, ipsius gratiae: aut denique non potest non definire, omnia opera & studia, quibus quodammodo inchoatur in nobis nostra iustificatio, non esse ex nobis; sed omne initium esse ex gratia Dei, & haec omnia studia, & motus omnes nostrae voluntatis Deo adscribi, ne nobis sine gratia studentibus, & volentibus, ut dicebant Malsilienses, gratia Dei donetur: ut hac saltem ratione errorem Malsiliensium plane refellat; alioqui nihil contra illos definisset.

Porro Petrus Diaconus libro de Incarnatione, capite 18. postquam haec testimonia Coelestini & Innocentij retulit, de libris Faustii Regiensis dixit: *Anathematizamus libros Faustii Galliarum Episcopi, quos contra praedestinationis sententiam scriptos esse non dubium est: in quibus non solum contra horum patrum, verum etiam contra ipsius Apostoli contradictionem veniens, humano labori subiungit gratia adiutorium.* Certe igitur Petrus, Coelestinum manifeste damnaasse hanc Faustii sententiam, quae eadem erat, ac sententia Malsiliensium, quod si Coelestinus non damnaasset, referentes, labori humano subiungendam esse gratiam, ut dicebant Malsilienses, libri Faustii contra Coelestinum definitionem scripti non essent: nisi

Vasquez in 1. part. Thomae.

hil enim aliud, quam illam doctrinam Malsiliensium continent. Cum igitur definat Coelestinus in tempore gratiam nobis liberaliter donari absque alio intuitu boni alicuius initij, quod sit ex nobis; eadem ratione decernit, ab aeterno in Dei praescientia absque respectu boni initij, quod sit ex nobis, gratiam praeparari: ac proinde praedestinationis, quam dicimus gratiae in praescientia Dei nullum meritum, nec impetratorium, nullam causam, occasionem, seu initium ex nobis fuisse.

Neque vero quidquam refert, quod in margine epistolae Coelestini à Surio notatum est, capita illa ab aliquo addita esse: cuius fundamentum fortassis fuit, quia iam clausa videbatur epistola: hoc, inquam, nihil refertur, quia eos omnes canones adducit Coelestinus ex alijs Pontificibus, tum etiam, quia talis censura sine fundamento est: cum ea testimonia tanquam Innocentij, & Coelestini citet Petrus Diaconus, ut videre est cap. illo 8. citato.

Ceterum cum adhuc post epistolam Pontificis ad Galliae Episcopos missam reliquiae Pelagianorum non quiescerent, & contra libros Augustini de praedestinatione Sanctorum, de bono perseverantiae, de correptione & gratia, multa loquerentur, eo quod Pontifex illos libros nominatim in sua epistola non defendisset; & assererent, Aug. doctrinam fuisse laudatam, non quidem quam in illis, sed quam in alijs libris scripserat, ut testis est Prosper in libro contra Collatorem, cap. 21. post medium: effectum est diligentia ipsius Prosperi, ut à Leone primo, cuius ipse Secretarius fuit, pro sententia Aug. contra Malsilienses canones eederentur, & ad Arausicanum Concilium secundum in Galliam mitterentur, ubi à toto Concilio approbati sunt.

Canone igitur tertio damnantur, qui dixerint oratione humana, hoc est, ex proprijs viribus, iustificationis gratiam, hoc est, auxilia gratiae ad iustificationem obtineri: & canone 4. damnantur, qui dicebant, Deum expectare voluntatem nostram: qua velimus purgari, & canone 5. decernitur initium fidei, quod est voluntas credendi, sicut etiam argumentum, esse donum Dei: & canone 6. eadem veritas definitur, cuius verba placuit subijcere, ut manifestius appareat, sententiam Calsiani, quaecunque via fuisse damnatam. Si quis (inquit) sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quarentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus, ut credamus velimus, vel haec omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem, & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri constituitur, aut humilitati, aut obedientiae humanae subiungit gratia adiutorium, nec ut obediens & humilissimus ipsius gratia donum esse consensit, resistit Apostolo dicenti, Quid habes, quod non accepisti? & Gratia Dei sum id, quod sum. Quibus canonicis, Calsiani verbis usurpatis, damnatur manifeste modus loquendi, & opinio ipsius. Nam quod Deus expectet voluntatem nostram, docet collat. 13. capite 13. Quod oratione humana gratiam Dei impetremus, docet libro illo 12. de institutis Carnobiorum, à capite 12. vsque ad finem, ubi etiam aperte dixit gratiam dari prius nobis quarentibus, pulsantibus, & vigilantibus, &c. quem etiam modum loquendi damnat Aug. tanquam Malsiliensium, libero de bono persever. cap. 22.

Ccc

Cum

Obiectioni occurrunt.

Canones Concilii Arausici, quae occasione edidi.

86

Prosper.

Canones Concilii ex-pressa Calsiani verba damnant.

87

Calsianus.

August.

tum est: fuit ergo, eius sententia, & Massiliensium damnata à sancto Aug. Prospero, Concilio Arausico secundo, & Coelestino primo, ante necessitatem cum Massiliensibus dicat Scholiastes, Prosper. Hilar. Aug. imo & Concil. ipsum Arausica, secundum, & Coelestinum debitum modum excessisse, & nimium seuerè de gratia Dei fuisse loquutos, quod est absurdum. Tertio, quia cum eisdem sententia fuerint Faustus Regiensis, & Cassianus, eodem modo Cassiani doctrina damnata est à grauissimis viris supra commemoratis, atque doctrina Fausti in eo, quod asserit, aliquod initium gratiæ esse ex nobis: sic enim labori humano Cassianus gratiam subiungit, sicut etiam Faustus. Quarto, quia sequeretur, nobis sine gratia orantibus gratiam Dei conferri, contra can. 3. & 6. Concilij Arausici secundi.

Respondet Scholiastes, ibi solum damnari eum, qui dicit, nos posse orare, ut oportet, sine gratia Dei, hoc est, qui perfectum orandi studium concedit: id enim denotat illud, *sicut oportet*; aliquid tamen orandi affectum, minusque efficacem posse haberi sine gratia. Verum Scholiastes mentem Concilij non calluit: neque enim ibi tam damnatur, qui dixit, sine gratia Dei nos posse orare Deum pro nostra iustificatione, quam qui affirmauerit, gratiam Dei oratione ex proprijs viribus à Deo obtineri, etiam ex misericordia ipsius, de hoc enim cum Massiliensibus erat controuersia, cum initium aliquod ex nobis concedebant, vel orationis, vel laboris, vel alterius cuiusvis operis, ut gratia conferatur. Quare non minus erat, qui alicui minori initio ex nobis, quam qui perfectiori gratiam Dei dicit donari. Vterque enim labori, & industriae humanae subiungit gratiam: quod in vniuersum damnatum est in eo cano. 6. neque quidquam temperat errorem, si dicamus, gratiam Dei non ex iustitia, sed ex libera Dei voluntate orantibus, ex viribus proprijs, vel laborantibus donari. Nam Massilienses nunquam dixerunt gratiam Dei ita ex iustitia dari, ut negari non possent: sed ex misericordia & libera voluntate, ut notatur disp. 89, cap. 5. eorum nihilominus sententia damnata est, ut supra vidimus.

CAPVT XII.

Eodem modo atque Massilienses sentire eos, qui ex nobis concedunt opera bona moralia esse initium gratiæ, auctoritate etiam ostenditur.

Sunt nulli recentiores Theologi, qui ut descendunt præcedere ex nobis opera quædam moralia, quibus ad primum auxilium gratiæ remore disponamur, & illud ex Dei benignitate impetremus, sicut antiquiores aliqui docuerunt, quos capite 10. commemorauimus, asserunt illorum sententiam ab errore Cassiani, & Massiliensium multum differre: quod Massilienses non solum concederent initia ex nobis, quæ sint opera bonæ moralis virtutis acquisita; sed opera etiam virtutis infusæ, & supernaturalis, ut oratione, qua quis sibi postulat iustificationem & desiderium iustificationis, & hoc iure damnari: quia opera supernaturalis ordinis arbitrio nudo tribui non possunt. At, inquit, nullus certe negare, potest, opera moralia acquisita virtutis ex nobis esse autem

Vasquez in 1. part. Tomus I.

tequæ gratia Dei nos incipiat adiuuare; & eis moueri Deum, ut nobis auxilium gratiæ suæ largiatur.

Caterum non minus mihi falli videntur, qui his operibus moralibus nos incipere, & Dei gratiam impetrare arbitrantur, quam Massilienses: omnesque in ea propositione damnata in Concilio Arausico, canon. 6. & à Petro Diacono in lib. de incarnatione, & gratia, cap. 8. Labori aut obedientia humana subiungitur gratia, eodem modo conuenire.

Probatur primo, quia apud Prosper. Ang. Coelestin. Concil. Arausica. aut cæteros, qui contra Massilienses disputarunt, nunquam hanc distinctionem notatam inuenies: nec initium ex nobis initium gratiæ concessam: est igitur figmentum hoc ex proprio horum Doctorem cerebro depromptum. Secundo Cassianus libro 12. de institutis conobiorum, cap. 13. & 14. inter alia initia, quæ ex nobis dicit præcedere, numerat virtutes aliquas omnino morales, ut vigilias, separationem à conuictu, & alia huiusmodi, unde in Concilio Arausico, secundo, canone 6. damnantur, qui dixerint sine gratia Dei laborantibus, & vigilantibus gratiam ipsam conferri.

Tertio Faustus Regiensis, qui in eodem errore Massiliensium fuit, libro 1. de gratia, & libero arbitrio, cap. 17. dicit, gratiam Dei requirere hominem iam præcepta seruantem, utique decalogi, & moralia, ut inde tanquam per ansulam quandam, Deus ipsum apprehendat: quem reprehendit Petrus Diaconus paulò ante citatus, quod labori humano subiungeret gratiam. Atque eodem modo damnantur in Concilio Arausico, can. illo 6. qui humilitati, seu obedientiæ humanæ subiungunt gratiæ adiutorium: intelligit autem Concilium per obedientiam, obseruationem præceptorum, quæ quotidie obseruanda occurrunt, nempe moralia. Ita illorum sententiam refert Prosper in illa epistola ad Aug. ante medium, his verbis: *Iam hic præferunt testimonia, quibus diuinarum Scripturarum cohortatio ad obediendum incitat hominum voluntates, qui ex libero arbitrio faciunt, quæ iubentur, aut negligunt. Et paucis interiectis. Quem bonæ appetentem gratia Dei foueat, mala sectantem damnatio iusta suscipiat: id quod fulius ipse ibidem persequitur. Quis autem dicat, aut quo fundamento liceat affirmare id solum Massilienses asseruisse de præceptis supernaturalibus, non autem de præceptis Decalogi, quorum obseruationem dicebant esse initium, propter quod nobis gratia daretur.*

Eodem modo Massiliensium sententiam intellexit Aug. lib. de bono perseverantia. c. 17. ubi cum ostendisset, ipsam castitatem prædestinatam esse à Domino gratia sua subiungi: *Quod autem dixi de castitate, hoc de fide, hoc de pietate, de caritate, de perseverantia, & ne pergam per singula, hoc de omni obedientia, qua obeditur Deo, veracissime dici potest.* Docet ergo contra Massilienses, non præcedere ex nobis ullam obedientiam, hoc est, ullam obseruationem præceptorum Dei, propter quam detur gratia, sed ipsam obedientiam à Deo prædestinari: per obedientiam autem intelligit castitatem, & omnem aliam virtutem, qua Deo obeditur, obseruando scilicet præcepta ipsius, qualis etiam est in obseruatione mandatorum moralium.

Quarto Massilienses, ut c. 13. dicemus, initium aliquod ex nobis esse dicebant; primum, ne aliqua vis inferretur arbitrio nostro, si ipsum gratia præueniret: nam si arbitrium incipere libertate sua

Ccc 2

bene

95
Cum Massiliensibus conuenit. Conc. Arausico.

Secundo Cassianus.

Tertio.

Petr. Diaconus.

96

Prosper. Quomodo dixerint Massilienses præcepta obseruantes gratiam subiungi.

Nulla obseruatio præceptorum præcedit ut causa gratiam Dei secundum Augusti.

Cur initium gratiæ ex nobis Massilienses concesserint.